



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Colvmbanus Conf. 21. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

## S. COLVMBANVS CONF.

21. Novembris.

Ecce sub pedibus filii triumphatam matrem! Quid oculos avertitis filii molles, si Deus arridet? Nimirum sic pugnandum est, cum mater in filium mover, non jam mater sed hostis; cum lacrima classicum canunt, tela volant verba melle illita, trabales è pectore sagittæ, gemitus veniunt, ferreum petus penetraturi; cum insidias ubera detegunt, & uni tota acies (mater) se opponit. Perrupit tamen COLVMBANVS, & quod Christi militi Hieronymus suavit, per calcatam matrem ad victoriam sibi iter stravit, Religionique opima spolia ex parente tulit. Domito cognato hoste, quid mirum si virtuti lupi cesserunt; quos inter duodenas obambulanti COLVMBANVM ovem aurei seculi putasses: sed & ursus antrū suum cessit fortiori. Vnus Theodoricus Gallia Rex monitis piis ausus est resistere, sed suo & posteritatis suæ interitu. Hoc igitur etiam triumphato, Dux COLVMBANVS eorum factus est, qui in parentes celo auctore pugnant. His castra ille struxit cœnobicia, & ne comœatu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annonam fecit. Ut verò in obsequio Tyrones exerceret,

Sf 4.

agros

agros è lectulo surgere & flagellare frumentum iussit. Et verò laboris fructum sanitatem tulerunt. Mirro aliam mira, sed non illud; ut subicere Christo plures animas allaboraret. COLVMBANVS, Angelum illi Tutelarem in membrana orbem, (magnum virtutis stadium) ostendisse. Quid, aut quid nos igitur agimus, quibus non jam unum, sed geminum stadium, geminum inquam orbem Superi explicant? *Ex Iona.*

## S. CÆCILIA V. ET M.

22. Novembris.

SI quæris, quod intereinentibus Origanis CÆCILIA carmen dedit, illud respondeo, quod unæ, quæ Agnum sequuntur, virgines sciunt modulati. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non habet zonam. Noctu sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum custodem è cælo Angelum haberet. Hunc coram intueri cum ille perciperet, suasit impuros à superstitione oculos sanctiori prius baptismatis undâ elueret. Eluit, & voti mox compos fortissimum multâque luce vestitum. Ephebum vidit; qui sero nobili utrumque coronavit, & precantes miro odore